



**R. P. Fr. Ioannis Poncii, Corcagia-Hiberni, Ordinis Ff.
Minorvm, Sacræ Theologiæ Lectoris Ivbilati, Olim in
Collegio Romano S. Isidori Primarij Professoris;
Philosophiæ Ad Mentem Scoti Cvrsvs Integer**

Poncius, Joannes

Lugduni, 1659

Permissions.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95688](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95688)

APPROBATIONES,

FRATER BONAVENTURA DE LA VAVX, Ordinis Fratrum Minorum Regularis Observantiae, Sacrae Theologiae Paris. Doctor Regens; Magni Conventus Lutetiae humilis Guardianus, Regi Christianissimo à Consiliis & Concionibus, Reuerendo Admodum P. Fr. Ioanni Poncio, nostri Ordinis Sacrae Theologiae Lectori iubilato, Salutem.

PERMITTIMVS ex animo, atque etiam exoptamus vt Liber, cui titulus est, *Integer Philosophiae Cursus ad mentem Scoti*, Primum à te editus in Collegio Romano Fratrum Minorum Hibernorum, & postea in hoc nostro Conuentu Philosophia Morali, ac variis additionibus locupletatus, in lucem prodeat; tum quod opus nulla sit erroris censura notandum, prout ego cum aliis sacrae Theologiae Doctor. qui merito ipsum approbarunt, haud difficile censui; tum quod absolutissimum, singulari eruditione plenum & rationum insigni claritate ac varia subtilitate contextarum efficacia conspicuum; adeoque Ordini nostro Seraphico, nec-non toti Reipublicae vtilissimum. Datum in praefato nostro Conuentu Parisiensi 3. Ianuarij 1648.

F. B. DE LA VAVX qui supra.

DIGNVS luce cursus Philosophicus editus à R. P. F. Ioanne Poncio, Sacrae Theologiae Lectore iubilato; quippe nihil non Orthodoxum, atque Subtili Scoto dignum continet; nihil denique, aut vix aliquid est, quod addi, aut desiderari possit. Actum Parisiis, die 28. Nouemb. 1648.

F. FRANCISCVS HOSPIES.

Sacrae Facultatis Theologiae Paris.
Doctor & Professor.

IDEM etiam ego sentio.

F. FRANCISCVS FAVRE.

Doctor Theolog. Parisiensis, & Reginae Christianissimae Concionator.

PHILOSOPHIAE Cursum integrum, iuxta Scoti mentem à R. P. F. Ioanne Poncio, Sacrae Theologiae Lectore iubilato compositum, peculiari delegatione Reuerendiss. P. Fr. Vincenti Maculani Magistri Sac. Palatii accuratè perlegi, & vt verum fatear, opus approbo, laudo, miror: *approbo*, quia nihil deuium ab Orthodoxa Fide reperi, nihil obuium Philosophicae veritati percepi; quin potius omnia sapientissima animaduerti: *laudo*, quia nedum necessarium puro studiosis Scotistis, verum etiam Thomistis, vtpote in quo quiddam pro offensione, ac defensione Scoti vsque ad haec tempora desideratur, fideliter ac dilucide inuenitur, imò studiosis omnibus perutile, in quo omnium authorum sententiae iuxta propriam materiam breuiter coacervatae, dilucide explicatae, & si opus sit, pro veritate aut ingeniosè defensae, aut accerrimè vel impugnatae, vel expugnatae, reperiuntur: *miror*, quia Scotus ipse in legitimo haerede tum nominis, tum patriae, tum ingenij vsque ad Non plus ultra contra Neotericos duplicato spiritu seipsum defendit, nisi melius dicam, *opus miror*, in quo maxime Dei prouidentia elucet, quia si Thomas Aquinas Thomam Caietanum dignum fortitus est explanatorem, condignum Ioannes Scotus Ioannem Hibernum accepit expositorem. Idèd vt aeternis typis mandetur, dignissimum iudico, exopto, rogo, Romae 10. Decembris 1641.

D. Stephanus Quaranta, Clericus Regularis S. Officij Regni Neapol.
& S. Congreg. Indicis Consultor.

PERMISSIONS.

VE v l'escheance du Priuilege du Roy, accordé par sa Majesté à Antoine Bertier, Libraire de Paris, pour l'impression & debite du Liure intitulé *Integer Philosophia cursus ad mentem Scoti*, Auctore IOANNE PONCIO HIBERNO le n'empesche Pour le Roy que ledit liure soit reimprimé & mis au iour par les SIEVR HUGUETAN & RAVOT Marchands Libraires de ceste ville avec deffences à tous autres en tel cas requises & accoustumées. Fait à Lyon, ce 13. Feurier 1659.

VIDA VD

SOit fait suiuant les conclusions du Procureur du Roy. Fait ledit an & iour que dessus.

SEVE